Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31247
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



cingulari a lumbis Ecce tetendit ad pedes nos
tros laqueos infinitos et omnes vias nostras
complevit decipulis ad capiendas animas nos
tras Et quis effugiet laqueos posuit in diui
tis laqueos in paupertate laqueos attendit in
alto et in pauo in voluptate in somno et in vigi
lis laqueos posuit mundo in ope et in omni via
nra Sed tu domine liberas nos de laqueo venan
tium et a verbo aspero ut confiteamur tibi dicentes
Benedictus dominus qui non dedit nos in pre
dam dentibus eorum anima nra sicut pas
ser erepta est de laqueo venantium laqueus
contritus est et nos liberati sumus.

Quid domine lux mea tenebra oculos meos ut videam lu
men et ambulem in lumine
tuo et non infigam in laqueos
eius Quis enim euadet lacos
multos nisi videat eos et quis
videbit nisi quem illuminaris
lumine tuo Ipse enim pater tenebrarum lacos
suos abscondit in tenebris suis et capientur ei
omnes qui sunt in tenebris suis qui sunt filij te
nebrarum harum non videntes lumen tuum
in quo qui ambulat non timebit Qui enim am
bulat in die non offendit qui autem in nocte
ambulat offendit quia lux non est in eo Tu lux
domine tu lux filiorum lucis tu dies qui nesci
ens in qua ambulant serui tui sine offen
sione et sine qua omnes qui ambulant in tene
bris sunt quia te lucem mundi non habent.
Ecce et cotidie cernimus quia quo magis a te
uo lumine quis elongatur eo magis in volu
tur peccatorum tenebris et quo magis e in tenebs